



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

13. De Nativitate Præcursoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

pletæ quoque sunt promissiones, Abrahæ cæterisque Patribus factæ.

### PUNCTUM IV.

**Q**UOD B. Virgo manserit apud Elisabetham quasi mensibus tribus. Ubi cogita, qualis inter ipsas conversatio fuerit, quàm inflammata colloquia, & divini sermones ab eis habiti fuerint, & quantum Elisabeth profecerit ex tam diuturno Mariæ consortio, quæ prima salutatione sic fuerat affecta. Et quæ denique sanctitatis exempla, ac qualem odorem Virgo Mater afflaverit toti domui, quantasque benedictiones à Deo conciliaverit. Nam si ob com-  
morationem Arcæ Deus benedixit Obededom, ut David ejus æmulatione, eam constituerit adducere in domum suam: quanto Maria melior est illâ Arcâ? Zachariæ tamen non est red-  
dita loquela, quia impleri debuit Angeli prædictio, & opportunius erat ad gloriam Dei, ut in ipsa Nativitate Ioannis id fieret. Discam non præfigere tempora, aut modum Deo, eique me committere.

Ædifica-  
tio Mar.

Benedi-  
ctio.

2. Re. 6.  
12.

### MEDITATIO XIII.

*De nativitate Præcursoris.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**I**lius conceptio. 1. Ex sterilibus Parentibus, Con-  
& justis, qui filium à Deo impetrârunt: prionis  
nam, quæ etiam Deus facere destinavit, exequi- circum-  
stantiæ.  
tur



1. tur per orationes. 2. Idem Gabriel Zachariæ de  
 2. Ioanne nuntiavit qui postea Mariæ de Christo,  
 3. par in Angelis promptitudo obsequendi, sive  
 magna, sive minora imperentur. 3. Iubet Ga-  
 briel vocari Ioannem, id est, gratiam, quòd  
 gratia in ipso singulariter eluceret, qui sine me-  
 ritis ad tantum officium esset electus, & esset  
 etiam diviniæ in se habitantis gratiæ insignia do-  
 cumenta daturus, & præcipuè, quòd gratiæ E-  
 vangelij Præcursor veniret: nam *Lex usque ad*  
 13. *Ioannem.* 4. Prædicit magnum fore coram Do-  
 4. mino, sanctitate & officio. 5. Speciatim victus  
 5. asperitatem commendat: *Vinum & siceram non*  
 Luc. I. 15. *bibet:* tanquam verus Nazaræus, Deo consecra-  
 6. tus. 6. *Et Spiritu Sancto replebitur, adhuc ex utero*  
*Matris suæ,* pro dignitate officij, & ex utero us-  
 7. que ad finem talis erit. 7. *Præcedet in Spiritu &*  
*virtute Eliæ:* zelus commendatur. *Et convertet*  
*multos filiorum Israël, parabitque Domino ple-*  
*bem perfectam,* ad recipiendum Evangelium.  
 Itaque erga Deum pius, erga se austerus, erga  
 proximum zelatus.

## PUNCTUM. II.

- Præro-  
 gativæ.  
 1. P Rærogativæ Ioannis in utero. 1. Quòd pri-  
 mitiæ fuerit sanctificationis à Christo im-  
 2. pertitæ post Incarnationem, & adeo copiosissi-  
 2. mæ. 2. Quòd acceptum semel usum rationis  
 tunc etiam conservaverit, Unde adhuc ex utero  
 3. per ferventes actus merita colligebat. 3. Quòd  
 ejus intuitu replevit Deus ejus matrem spiritu  
 Prophetico, ac donis.

PUN-



PUNCTUM III.

**N**ativitas Ioannis. 1. Mater divinitus edo- In nati-  
cta vult vocari Ioannem. 2. Pater recipit vitate.  
loquelam & prophetat; *Benedictus, &c.* 3. Ex- quæ ac-  
ultatio, ut prædictum fuerat. *Multi in Nativita- cidere.*  
te ejus gaudebunt. & admiratio: *Quis putas puer Luc. I.*  
*iste erit?* 4. Quòd jam tunc *Manus Domini erat Isa. 49. 1.*  
*cum illo. Dominus ab utero vocavit me, in umbra*  
*manus sue protexit me, &c.*

MEDITATIO XIV.

*De eo, quòd Ioseph voluit dimittere Ma-  
riam conjugem suam.*

PUNCTUM PRIMUM.

**S**anctitas Iosephi: nempe pro munere, ad SS. vete-  
quod fuit electus. Superavit Patriarchas, fi- ris Test.  
de Abrahamum, tolerantia Iacob, castitate al- superat  
terum Iosephum, consuetudine cum Deo Moy-  
sen, charitate populi Samuelem, humilitate &  
mansuetudine Davidem. Ut divinis vacaret, vo- <sup>Votum</sup>  
to se castitatis obstrinxit, quam ita eximiè con- Castita-  
secutus est, ut ex consuetudine familiari Virgi- tis.  
nis nihil animus ejus contraheret, imò ad amo-  
rem ejus virtutis magis accenderetur.

PUNCTUM II.

**Q**uòd Deus non revelaverat Iosepho myste- Exerci-  
tium, sicuti Elisabethæ & Zachariæ, ad ex- tatio Io-  
ercitationem virtutis tum Mariæ, tum Iosephi, siph. &  
dum Mariæ.